

re silentij pariter excepto, diligenter collectos, Auditoribus suis prælegere et explanare tene-
 tur, ita ut eorundem Sacrorum Canonum pri-
 mam partem distinctiones Centum et unam
 continentem, intra annum primum, secundam
 causas Triginta sex complectentem intra An-
 num secundum, tertiam causa Trigesima
 Tertia Quaestioni Tertiae inclusam de Pe-
 nitentia in septem distinctiones et quartam
 de Consecratione in Quinque distinctiones
 divisas, intra tertium annum finiat cum
 effectu. Nihil enim actum esse credimus:
 cum aliquid addendum superest. l. Cum
Sillanianum. in fin. C. de Fidei. quib. ut in-
dignis hæreditates auferuntur.

STATUTUM XXIV.

De Professore Luborzyciano seu Processus Iuris.

Cum ex litibus nihil aliud, nisi discordia, jux.

l. Servus. ibi. sed si aliquid. ff. de Actionib.
et Obligation. oriantur, ideo publicè et ex præ-
scripto. l. Properandum. C. de Judic. interest,
 easdem abbreviari, quòd facillè fiet, si Judi-
 ces in illis decidendis rectam procedendi-
 formam, quam in Scholis didicerunt, ob-
 servabunt. Curabit igitur Luborzycianus
 Professor nunc et pro tempore existens nor-
 mam in Judicijis observari solitam, et a
 Janidlovio tum per prius Gregorio Szamu-
 tulio olim Doctoribus Facultatis Nostræ
 Juridicæ ac ab alijs præscriptam, in tra-
 dendo Processu Juris sequi, eundem Pro-
 cessum praxi Foro utriq; tam Spirituali:
 principalitèr, quàm Saculari Regni
 Nostrî incidentèr conformem accomodare,
 materias in illo tractari solitas, ubi opus fu-
 erit ampliationibûs augere, limitationibûs
 restringere, horâ octavâ matutinâ quotidie

exceptis diebus illegibilibus et tempore silen:
 tii excepto, diligenter legere, totumque Processum
 intra biennium, alias prima Instantia intra
 annum, coram Iudice Delegato, in secunda
 et tertia Instantijs intra secundum annum
 finire, quinimo si quid temporis supererit, ad
 finem Commutationis aliquam Tractatio:
 nem, vel de Processu Tribunalis Regni, aut
 post Curiam Sacra Regia Majestatis, sive
 etiam Granitiali, qui servatur in exdivisione
 Bonorum immobilium tam per Succame:
 rarios, quam per Iudices ex Tribunali Re:
 gni aut Sacra Regia Majestatis deputa:
 tos compendiosè superaddere, et praxibus
 eundem Processum præcipuè in prima In:
 stantia et coram Iudice Delegato exornare
 et praxi enim / ut docet Gail. Lib. 2. Obs. 52.
n. 19. / vera sumitur interpretatio, ac leges, jux:
doctrinam Bald. inc. Ex tenore. de Testib.

tunc sapiunt, cum practicantur. Unde non immerito natum est illud tritum et usu receptum adagium: *Leges in schola deglutiuntur, in Palatio digeruntur*; quia practica est scientia digestiva, et ubi Theoricus desinit, ibi practicus incipit. Bald. in Repetit. l. et Emilius. Col. 10. v. Leges in Scholis ff. de Minorib.

STATUTUM XXV.

De Professore antiquorum Iurium seu Canonico Cracoviensi.

Licet in jure omnia nova pulchritudine decorata sint, et jux. gl. s. Proem. ff. v. Nova. omnia nova placeant, antiqua tamen penitus ignoranda non sunt. S. Testamentum. Instit. Imper. in princ. de Testamen. ideo Iurium antiquorum Professor seu Canonicus Cathedralis Cracoviensis, ut Auditores et antiqua non ignorent jura et in novis exercitium habeant, Rubricas ex Decretalibus Gregorij IX. ordi-